



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXIII. Philosophia vtilis est Reipublicæ, & quomodo docenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

matricæ magistri solent educi. Rector deligat vnum aliquem docendi peritissimum, ad quem sub finem studiorum ter in hebdomada per horam conveniant, proxime futuri præceptores ad novum instituendum magisterium; idque vicissim prælegendo, dictando, scribendo, emendando, aliaque munia boni præceptoris obeundo.

Ab inferioribus auspicantur. §. 10. Postquam autem iam in Gymnasia procedunt, omnibus esse instructi videntur, non continuo ad ea, quæ possunt docere, docendaque mittuntur, sed ab inferioribus incipiunt: Grammaticam docent, qui in poësi & oratoria facultate cum laude versari, & florere poterant. Cuius rei duplex est utilitas; Prima, quod sine labore magno, & solitudine faciliora explicant, qui maiora poterant; qui enim vallum, & cibaria ferre possunt, armis non magis, quam membris ferendis fatigantur: Qui difficilima Tullii, Virgilii, Horatii, aliorumque iam callet, illi faciliorem expositio, familiare colloquium est, non professio. Altera est, quod succursivis horis, & priuato studio grandiora tractare possunt, atque ita paratissimi, ad maiores scientias accedere. Denique omnia hæc in discipulorum emolumenta redundant; Fieri enim non potest, quin magister doctus, & multæ lectionis, etiam aliud agens, multa erudita spargat, quæ licet non omnibus, tamen animis capacioribus inhaerent.

Post humaniorum literarum professionem, Theologorum sunt discipuli. §. 11. Hoc cursu humaniorum literarum euolutio, ad Theologiam quadriennio audiendam mittuntur; quo tempore, & philosophiam repetunt, & ad eam docendam accinguntur. Imo vero multam iam philosophicis, & Theologicis studiis nobiliter eruditi, ut maiore iudicio eloquentiam doceant, ad illa studia redeunt.

Nihil arduum humiliter. §. 12. Omnia illa leuia reddit; primum obedientia, qua omnia velut à Deo iussa alacriter excipiunt; neque quid agant, sed quanta diligentia, caritate, humilitate officio fungantur, attendunt: Nam & humili loco norunt esse positum altissimum præmium, & quicque abiectus esse in domo Dei elegit.

Ocium profecti ne cessarium. §. 13. Carmina, inquit ille, secessum scribentis, & ocia quaerunt. Plurimum societatis professoribus ocium est, sed ocii negotiosi, ocii literarii. Primo quidem ex animi libertate, qui in suam potestatem se plenissime vendicauit, cum se alienæ omnino subdidit voluntati; itaque nec de præsentis statu queruntur, nec de futuro cum sollicitudine cogitant; cum cæteri hominum fore de venturis suspensi præsentia præterlabi sinant. Nulla etiam eos victus, aut vestium, aut viatici in senectutem congerendi cura torquet. Non vxorum, aut liberorum, nepotumque grauis molestia. Non conuiuia, & ebrietates, quæ tempus delectando furantur, & morbis, doloribusque post voluptatem infestant. Prandium media hora, cœnula etiam citius absoluitur; nec tamen illa refectio selectissimæ lectionis expertis est: de his plura dixi libello de secretis nostræ societatis. Plurimum etiam iuuat, multorum, & doctorum familiaritas, & colloquia, quæ sæpe studio ipso utiliora sunt. Denique librorum copia, quam pro sua facultate collegia quæque curare solent. Illum etiam post Deum, thesaurum nostrum vocare soleamus. Hunc in modum si princeps collegium aliquod ex quocunque ordine religiosorum, vel Canoniorum institueret, sane quam optime prouincis consuleret, constantemque haberet sapientiæ doctores.



CAPVT XXIII.

Philosophia utilis est Reipublicæ, & quomodo docenda?

§. 1. **M**ULTORVM in philosophos, ac philosophiam acerbant, & olim fuerunt iudicia. Nam pullos è Republica supra dixi aliorum libri exusti sunt. Numæ regis Romani libri Græca lingua conscripti, in conspectu Quiritium, auctoritate senatus incensi sunt. Lactant. lib. 1. capit. 22. Eodem iudicio Labieni monumenta, Sen. cent. 10. & Cremutii Cordi Tac. libr. 4. ann. & vita Agricola, Ingeniorum clarissimorum monumenta exusta queritur. Alsius, & Philiscus Roma pulsi sunt; L. Posthumio consule. Antiochus etiam regno philosophos pepulit, affectatoribus suspendium, parentibus eorum graues penas comminatur. Anno urbis 593. senatus consulto vrbe exire iussi sunt. Anno 615. intra diem decimum Chaldaei exire vrbe, atque Italia iussi. Atheniensium legatos philosophos Carneadem, & Diogenem Cato censuit, aut in urbem non admittendos, aut continuo dimittendos. Plutarch. in Catone. Imo vniuersum Græcos pellendos censuit; Quandoquunque gens ista suas literas dabit, omnia corrumpet, inquit. De Lyfimacho, Sophocle, Agrippa, Tiberio, Nerone, Domitiano, Vespasiano, Messenii prolixè noster Lælius lib. 3. cap. 7.

§. 2. Deinde, de innumeris vitiis, philosophos acculant, magno fastu omnes despiciunt, & sece mirantur. Tertio, non modo vitiosi videntur esse, sed philosopho vitioso nihil vitiosius, cum non philosophi, sed asoti sint; Saluian. lib. 1. cap. 4. de vero iudicio, & prouid. Dei. Nihil est, inquit, philosopho turpius, vitia obscena sectanti, quia præter eam deformitatem, quam vitia in se habent, sapientia nomen plus notatur. At Philosophi fuere vitiosissimi, non illi modo de quibus Plautus, Curc. act. 2. sc. 3.

Tum isti Græci palliati, capite aperto qui ambulant,
Qui ambulant suffarcinati cum libris, cum sportulis,
Constant, conserunt sermones inter se, tanquam dra-

peræ:
Obstant, obstant cum suis sententiis;
Quos semper bibentes esse videas in Oenopolio.
Vbi quod surripere aperto capitulo caldum bibunt,
Tristes atque ebriosi incedunt.

Sed principes eorum quoque. Nam præterquam quod plerique magicas artes didicerunt, ut de Pythagora, Empedocle, Democrito, Platone, docet Plinius lib. 30. cap. 4. Aegyptios enim & Chaldaeos adierunt, in quibus sincerioris philosophiæ parum, magi fuerunt.

superstitiæ onus multum fuit. De Pythagora sane Laertius scribit; Seditiosum, & quod seditionis ansam præbet, tyrannidis fuisse cupidum. Quin & illud quantum abest à philosophiæ præceptis, quod idem Laertius, & Hermippus tradunt. Cum enim in Italiam venisset, ut impostura rudes populos deuinciret, subterraneam domum fecit, matri ut quicquid interea apud superos contingeret, annotato tempore in tabulas referret, mandauit, ac cum post annum, squalore, ac macie pene enectus emergeret, lectis clam tabulis omnia mirantibus enarrauit, apud inferos autem fuisse se mentitus est, ut ea ratione diuinitatis opinionem aucuparetur. Quam pernicio-

Fæda Pythagoræ impostura.

sus Empedocles, qui famosæ mortis amore, in canentem se Etnam præcipitem egit? Socrates quoque, si Aristophani credimus, strophas illas docuit, quibus iuris specie, summa iniuria homines afficiuntur, nempe facere τὸν ἥτορα, τὸν νεῖτον, malam causam dicendo bonam facere. Porphyrius de illo, ex Aristoxeno

Exotica vitia philosophorum.

Socrates.

Plato.

Seneca.

Reipublica
inutiles.

Quaestiones
philosophi
proposita.

Nō viuum
suis legibus
philosophi.

Aliter vi-
aunt, aliter
loquuntur.

Stoxeno scribit. Libidinosum, fuisse, furentissime irasci solitum, parenti grauem, omnibus vitiis turpissimum. Plato non multo discipulus melior magistro, fœdæ libidinis mancipium, iræ obnoxius scurrilis dicacitatis, monstrorum Ægyptiorum facris initiatus, conuicator, maledicus, vanus, gloria audius. Athen. lib. 1. cap. 22. denique magister tyrannorum.

Aristoteli non minora vitia fuere, si Laertio credimus, Hermiæ concubinæ, amoris impotentia, quasi Eleusina Cereri sacrificauit. De Diogene Cynico, & tota illa cohorte canum, atque Epicureorum grege loqui nos sane vetat turpitudine: ipsi Stoici quantis in sceleribus docendi, viuendique versati sunt? Dei prouidentiam fato astrinxerunt, libertatem, atque omnem peccandi differentiam sustulerunt. Seneca Stoicus, quique philosophos omnes loquendi sanctitate antecessit, apud Tacitum ann. 13. & Dionem in Nerone; adulteriorum cum fœminis principibus accusatur. Hinc & Lucianus omnium, maxime philosophorum irrisor, veneno illam confert, quæ immodice sumpta, vt cicuta, aliaque perimunt, itaque ne noxia sit delibandam tantummodo esse. Adferunt deinde scita summum philosophorum, absurda, atque à politica penitus abhorrentia, vt apud Platonem est, omnium rerum, etiam vxorum communio. Deinde ad res ciuiles inepti iudicati sunt; Antonius apud Ciceronem lib. 1. de orat. Socratem ob imperitiam dicendi, putat esse damnatum. Denique causa illa acta est apud Senecam lib. de vita beata, capit. 17. Quare tu fortius loqueris, quam viuis? Quare superiori verba summittis; & pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas, & damno moueris; & lacrymas, audita coniugis, aut amici morte, dimittis; & resbus famam, & malignis sermonibus tangeris? Quare cultus rus tibi est, quam naturalis vsus desiderat? Cur non ad præscriptum tuum cœnas? Cur tibi nitidior suppellex est? Cur apud te vinum atate tua verius bibitur? Cur autem domus disponitur? Cur arbores præter umbram nihil datura, conferuntur? quare vxor tua, locupletis domus censum auribus gerit? quare paedagogium pretiosa veste saccingitur? quare ars est apud te, ministrare: nec temere, & vt libet, collocatur argentum, sed perite seruitur, & est aliquis scindendi obsonij magister? Adjace, si vis, cur trans mare possides? Cur plura, quam nosti, possides? turpiter aut tam negligens, vt non noueris pauculos seruos: aut tam luxuriosus, vt plures habeas, quam quorum notitia memoria sufficiat. Adiuaabo postmodum conuitia, & plura mihi, quam putas, obijciam: nunc hoc respondebo tibi. Non sum sapiens, & vt maleuolentiam tuam pascam, nec ero. Exigo itaque à me, non vt optimis par sim, sed vt malis melior: hoc mihi satis est, quotidie aliquid ex vitiis meis demere, & errores meos obiurgare. Non perueni ad sanitatem, ne perueniam quidem: delinimenta magis, quam remedia podagra mea compono, contentus firarius accedit, & si minus verminatur. Vestris quidem pedibus comparatus, debilis cursor sum. Hac non pro me loquor: ego enim in alto vitiorum omnium sum: sed pro illo, cui aliquid acti est. Aliter, inquit, loqueris: aliter viuis. Hoc per malignissima capita. & optimo cuique inimicissima, Platoni obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quemadmodum ipsi viverent, sed quemadmodum viuendum esset. De virtute, non de me loquor: & cum vitiis conuitium facio, in primis meis facio. cum potuero, viuum, quomodo oportet. Nec malignitas me ista multo veneno tincta, deterrebit ab optimis. ne virus quidem istud, quo alios spargitis, vos necatis, me impedit, quo minus persequerem laudare vitam, non quam ago, sed quam agendam scio: quo minus virtutem adorem, & ex interuallo ingentis preabundus sequar. Exspectabo scilicet, vt quicquam malenolentia iniolatum sit, cui sacer nec Rutilius fuit, nec Cato? Cur & aliquis non istis diues nimis videatur, quibus De-

metrius Cynicus parum pauper est? O virum acerrim. & contra omnia nature desideria pugnantem! hoc pauperiorem, quam ceteri Cynici, quod cum sibi interdixerit habere, interdixit & poscere. Negant satis egere. Vides enim? Cynici Non virtutis scientiam, sed egestatis professus est. Diodorum Epicureum philosophum, qui intra paucos dies finem vitæ suæ, manu sua imposuit, negant ex decreto Epicuri fecisse, quod sibi gulam præsecuit. alij dementiam videri volunt, factum hoc eius, alij temeritatem. Ille interim beatus, ac plenus bona conscientia, reddidit sibi testimonium vitæ excedens, laudauitque ætatis in portu, & ad ancoram acta quietem: & dixit, quod vos inuiti audistis, quasi vobis quoque faciendum sit.

Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.

De alterius vitæ, de alterius morte disputatis: & ad nomen magnorum ob aliquam eximiam laudem virorum, sicut ad veteres philosophi occursum ignotorum hominum, minuti canes, latratis. Expedit enim vobis, neminem videri bonum: quasi aliena virtus, exprobratio delictorum vestrorum sit. Inuiti splendida, sed malicium sordibus vestris confertis, nec intelligitis, quanto id vestro detrimento audeatis. Nam si illi qui virtutem sequuntur, avari, libidinosi, ambitiosi que sunt: quid vos estis, quibus ipsum nomen virtutis odio est? Negatis quoniam præstare qua loquuntur, nec ad exemplar orationis sue viuere. Quid mirum? cum loquantur fortia, ingentia, omnes humanas tempestates euadentia: cum refrigerare se crucibus conentur, in quas vnusquisque vestrum clauos suos ipse adigit? ad supplicium tamen acti, spiritibus singulis pendunt. Hi qui in seipso animaduertunt, quot cupiditatibus, tot crucibus distrahuntur: & maledici, in alienam contumeliam venusti sunt. Crederem illis, nisi quidam ex patibulo suos spectatores cõspuerent.

Non præstant philosophi, qua loquuntur: multum tamen præstant, quod loquuntur, quod honesta mente concipiunt. Nam si & paria dictis agerent, quid esset illis beatus? Interim non est, quod contemnas bona verba, & bonis cogitationibus plena præcordia. Studiolum salutarium, etiam citra effectum, laudanda tractatio est. Quid mirum, si non ascendant, in altum ardua aggreffi: sed viros suspice, etiam si decidunt, magna conantes. Generosa res est, vrsipientem non ad suos, sed ad naturæ suæ vires, conari alta, tentare, & mente maiora concipere, quam qua etiam ingenti animo, adornatis effici possint. Qui sibi hoc proposuit: Ego mortem eodem vultu audiam, quo video ego laboribus, quanticumque illi erunt, parebo, animo fulciens corpus: ego diuitias, & presentes, & absentes aequè contemniam: nec si alicubi iacebunt, tristor, nec si circa me fulgebunt, animosior. ego fortunam nec normam venientem sentiam, nec recedentem. ego terras omnes tanquam meas video, meas tanquam omnium. ego sic vitam, quasi Christiano sciam aliis me natum: & naturæ rerum hoc nomine gratias agam. Quo enim melius genere negotium meum agere potui? est. Vnum me donauit omnibus: vni mihi omnes. Quicquid habebam, nec sordide custodiam, nec prodige spargam. nihil magis possidere me credam, quam bene donata: non numero, nec pondere beneficia, nec vlla, nisi accipientis estimatione, pendam. Nunquam id mihi multum erit, quod dignus accipiet. Nihil opinionis causa, omnia conscientia faciam: populo teste fieri credam, quicquid me nescio faciam. Edendi erit bibendique finis, desideria naturæ reslinguere, non implere alium, & exinanire. Ego amicis iucundus, inimicis mitis, & facilis, exorabor antequam roget, honestis precibus occurram. Patriam meam esse mundum sciam: & præfides Deos supra me, circa me stare, factorum, dictorumque censores. Quandocunque autem natura spiritum repetet, aut ratio dimittet, testatus exibo, bonam me conscientiam amasse, bona studia: nullius per me libertatem imminutam, minime meam. Qui hoc facere proponet, volet, tentabit, ad Deos iter faciet.

§. 3. Tota disputatio eo redit, an philosophorum vitia, obesse philosophiæ debeant? Responso facilis, non oportere; omnia plena sunt malis, publice vitia obtinent, sed philosophorum notantur. Crudelissimi tyrannorum, perditissimi nepotum de Socrate, & Platone, & Seneca loquuntur.

Tenenda

Principi
commentatur
philosophia.

Imperium
recipit phi-
losophos.

Multi phi-
losophi san-
cti.

Tenenda igitur est philosophia, sine qua in barba-
riam respublica desinet. Christiani principes Theo-
dofius, & Valentinianus, eam amplexi sunt: Et quo-
nam non his tantum artibus gloriosam adolescentiam opta-
mus institui, profundioris quoque scientia, atque doctrine me-
moratis magister sociamus auctores. Vnum igitur ceteris ad-
iungi volumus, qui philosophia arcaea rimetur. Philoso-
phia enim diuinum donum est, amor sapientia, imo
amor diuinus: Moses, Salomon alii in hac exercitatio-
nibus, vitæ integritatem scientia iunxerunt; nec alia
mens virorum sanctissimorum fuit, Dionisii, Hera-
clæ, Pantænii, Clementis, Athenagoræ, Iustini, Basi-
lii, Nazianzeni, Nysseni, Hieronymi, Hilarii, Augu-
stini, qui non modo Philosophi fuerunt, sed ex phi-
losophorum quoque libris, ad virtutem profecerunt.

Verissime scripsit Augustinus; Philosophum non te-
mere haberi alium, quam Dei amatorem. Hanc Theophras-
tus vitæ ducem, vitiis expultricem appellat,
hanc si quis è vita sustulerit, magis peccabit, quam si
in contumelia lucernam extinxerit. Multa sunt eius
commoda, & crebro latentia: Erechtiensis pater cum
verberum minis à filio discipulo Zenonis exigeret
imperiose quid didicisset, prudenti est responso ieda-
tus: Hoc se philosophia acceptum referre, quod equo animo,
parentis ferre iram posset.

§. 4. Deinde decreta philosophiæ optima sunt,
& omnibus vitiis, etiam minimis conuitia faciunt.
Pauci sine illis virtutem capiunt. Quid ergo, (inquit,
Seneca Epist. 95.) Non quidam sine institutione subtili eua-
serunt proci, magnosque profectus affecuti sunt, dum nudis
tantum præceptis obsequuntur? Fateor: sed felix ingenium illis
fuit, & salutaris in transitu rapuit. Nam ut Dei immorta-
les nullam didicere virtutem, cum omni editi, & pars natura
eorum est, esse bonos: ita quidam ex hominibus egregiam sortiti
indolem, in ea quæ tradi solent, perueniunt sine longo magiste-
rio; & honesta amplexi sunt, cum primum audierunt. Vnde
ista tam rapacia virtutis ingenia, vel ex se fertilia: At illi aut
hebetibus & obtusis, aut male consuetudine obfessis, dum rubi-
go animorum affricanda est. Ceterum ut illos in bonum pronos
citius educit ad summa, & hos imbecilliores adiuuabit, malis-
que opinionibus extrahet, qui illis philosophia placita tradide-
rit: quæ quam sint necessaria, licet videas. Quadam insident no-
bis, quæ nos ad alia pigros, & alia temerarios faciunt. Nec hac
audacia reprimi potest, nec illa inertia suscitari, nisi causa eo-
rum excimantur, falsa admiratio, falsa formido.

Legatur & Epistola 17. quæ vim eius satis exponit.
At nunc frustra quæstionem eam disputamus, cum
omnium gentium Christianorum mores, legesque
eam complectantur, hoc igitur mihi exponendum,
quomodo illa docenda sit. Nam pollice etiam hanc
moderari debet.

§. 5. Initio igitur Respublica, philosophiæ ama-
trix, hanc suis legem professoribus ponet, vel etiam
iuramento exiget, ut ita philosophiam doceant, quo
ad grauioribus scientiis, medicinam, Iurisprudentiam,
Politicen, Theologiam, quasi per adminicula veni-
ant. Societas potissimum, præterit in suis, Theolo-
giam spectat, ita regula prima, professoris. Quoniam
artes, vel scientia naturales ingenia disponunt ad Theologiam,
& ad perfectam cognitionem, & vsum illius inveniunt, & per
se ipsos, ad eundem finem iuuant: eas, quæ diligentia par est,
præceptor in omnibus sincere honorem, & gloriam Dei qua-
rendo, ita tractet, ut auditores suos, ac potissimum nostros, ad
Theologiam præparet, maximeque ad cognitionem excitet sui
Creatoris.

Sic etiam Constit. pag. 4. cap. 12. §. 3. Dialectica qui-
dem omnibus, physica medicis, Ethica iurisperitis,
Metaphysica Theologis est necessaria, sed omnes ta-
men philosophiæ partes, omnibus scientiis, & auxi-
lio sunt, & ornamento.

Atque hoc est, quod D. Thomas monuit, philoso-

phiam velut pedisequam, Theologiæ ancillari. Ita
olim quoque vitatum fuit, ut dicerent; incipere Chri-
stiana mysteria, ubi desinunt dogmata philosophorum, Plato-
nis fastigia, limen esse Christianorum. Per vmbra intel-
lexit hoc Plato videtur, qui philosophum Dei a-
matorem, ut ex illo etiam Augustinus memorat, vo-
cauit: officium vero eius esse, ut diuina optime, &
quantum ratio patitur, nouerit, humanas vero
res, nullo modo destituat, sed in illis ad pruden-
tiæ normam disponendis, operam studiumque col-
locet.

Id vero ideo non maiore modo cautela, sed impe-
rio etiam, ac pœnis curabit respublica, quia philo-
sophorum est incredula natio, & ad intelligentiæ fal-
laciem trutinam, omnia expendit, nisi rationis iu-
diciū diuinæ subiiciat censuræ. Alioqui pullat ina-
nis philosophia, non adit veritatem. Egregie Tert.
aduersus hæreticos in præscript. cap. 7. Ha sunt doctri-
na hominum, & demoniorum, prurientibus auribus, nata de
ingenio sapientia seculi, quam Dominus stulticiam vocans,
stulta mundi in confessionem etiam ipsius philosophia elegit.
Ea est enim materia sapientia secularis, temeraria interpres
diuinæ naturæ, & dispositionis. Ipsa denique hæreses, à Philoso-
phia subornantur.

Inde Aeonis, & forma, nescio quæ, & trinitas hominis a-
pud Valentinum: Platonius fuerat. Inde Marcionis Deus me-
lior de tranquillitate: à Stoicis venerat. Et ut anima interire
dicatur, ab Epicureis obseruatur. Et ut carnis restitutio nege-
tur, de vna omnium philosophorum schola sumitur. Et ubi
materia cum Deo equatur, Zenonis disciplina est: & ubi ali-
quid de igneo Deo allegatur, Heraclitus interuenit. Eadem
materia apud hæreticos, & philosophos volutantur, iidem re-
tractatus implicantur. Vnde malum, & quare? & vnde ho-
mo, & quomodo? Et quod proxime Valentinus proposuit, vn-
de Deus? Scilicet de enchyresis, & ectrimate, inserunt Aristo-
telem, qui illis Dialecticam instituit, artificem struendi, & de-
struendi versipellem, in sententiis coactam, in coniecturis du-
ram, in argumentis operariam contentionem, molestam et-
iam sibi ipsi, omnia retractantem, ne quid omnino tractauerit.
Hinc ille fabula, & genealogia indeterminabiles, & quæstio-
nes infructuosæ, & sermones serpentes, velut cancer, à quibus
nos Apostolus reftans, nominatim philosophiam testatur
caueri oportere, scribens ad Colossenses: videre, ne quis vos cir-
cumueniat, per philosophiam, & inanem seductionem, secun-
dum traditionem hominum, præter prouidentiam Spiritus
sancti. Fuerat Athenis, & istam sapientiam humanam, affe-
ctatricem, & interpolatricem veritatis, de congressibus noue-
rat, ipsam quoque in suas hæreses multipartitam varietate
sectarum inuicem repugnantium. Quid ergo Athenis, & He-
rosolymis? quid Academia, & Ecclesia? quid hæreticis, &
Christianis? Nostra institutio de porticu Salomonis est, quæ
& ipse tradiderat: Dominum in simplicitate cordis esse que-
rendum. Viderunt qui Stoicum, & Platonium, & Diale-
cticum, Christianismum protulerunt. Nobis curiositate opus
non est, post CHRISTVM IESVM, nec inquisitione, post
Euangelium.

§. 6. Si quid Aristoteles, alique contra Ortho-
doxam fidem habent, id serio refutent. Sedulo id in
nostris professoribus cautum est, Reg. 2. 3. 4. In rebus aliorum re-
alicius momenti, ab Aristotele non recedat, nisi quid incidat
à doctrina, quam Academia ubique probant, alienum, multo
magis, si orthodoxæ fidei repugnet: aduersus quam, si quæ sunt,
illius aliusue philosophi argumenta, strenue refellere studeat,
iuxta Lateranense Concilium.

Aristotelis interpretes, male de Christiana religione meri-
tos, non sine magno delectu, aut legat, aut in scholam proferat,
caueatque, ne erga illos afficiantur discipuli.

Eam ob rem, nec Auerrois (idem de eiusmodi alius iudiciū) religionem
digressiones in separatam aliquem tractatum conferat; & si
quid boni ex ipso proferendum sit, sine laude proferat; & si sic
ri potest, id eum aliunde sumpsisse demonstret.

§. 7. Quia vero certamina sectarum interdum o-
riantur, debent.

Ita diuina
contemple-
tur, ut hu-
mana non
deferat.

Philoso-
phia fidei est
subiicienda.

Hæretici à
philosophia.

Philosophia
inanis fidei
implicat.

Errores a-
ristotelis, &
aliorum re-
futandi
sunt.

Impii & in-
religionem
nostram
blasphemi-
commen-
dari non
debent.

Quas sententias doceant ipse magistratus indaget.

Seſta philoſophorum veteres non ſunt reuocanda.

Philosophi decet conſtans virtus

Doceant obediendū eſſe legibus, & magistratibus.

Stoici magistratum contemptores habebantur.

Vetus philosophus

riuntur, omnino conueniet, in quacunq; Republica, per viſitatores, & magistratus inquiri, quam quiſque ſententiam doceat; Nam reuera affectio, & admiratio eorum auctorum, adoleſcentes in pericula manuū & falſarum opinio- num, in magicas præſtigias, in atheiſmum præcipitat, de Cardano, Maſſilio, aliſque meminiffe mens horret, quos nimium ſciendi ſtudium, de religione dubios, mori coegit. Diſcede ab Erhnicis hereticis, redde illis ſenſus ſuos, quia nec ille de tuis inſtruitur. Olim iam in eam peccatum eſſe oſtendit Cyrillus Catech. myſt. 18. Quid impietatem, & licentiā de atheiſmo veterum animare iuuat? Quid vt ſubtiloquentiæ gloriam aucuperis, de damnatis nominibus, & erroribus nomen trahere geſtis? Tot ſanctorum Philoſophorum monumenta ſunt in manibus, tu adire Patriarchas hereticorum, tibi gloria ducis?

Seſtarum innumera olim fuerunt acies, Erethriaca, Epicurea, Cyrenaica, Megarica, Theodorica, Pyrrhonia, Stoica, Peripatetica, Academica vetus, & noua, Cynica, Potamonica, Eliaca, inter horologia potius, quam inter philoſophos conueniet. Cito deſecerunt, quæ celeriter caput extulerant Academici veteres, & minores antiſtitum nullum reliquerunt; Quis eſt, qui tradat præcepta Pyrrhonis? Pythagorica illa inuidioſa turba Scholæ præceptorem non inuenit, Sextiorum noua, & Romani roboris ſecta, inter initia ſua, cum magno impetu cœpiſſet, exſtincta eſt. Veritatem igitur ſecundum piorum philoſophorum, & Academicarum ſententiam doceat, cuiusq; Chriſtiana iuuentus eſt commiſſa.

§. 7. Officium quoque ſuum agnoſcat, quod vita, non ſola diſputatione continetur. Aureum Romani Sapientis eſt monitum Ep. 20. Illud autem, mi Lucili, te rogo, atque hortor, vt philoſophiam in præcordia ima demittas, & experimentum tui proſectus capias, non oratione, nec ſcripto; ſed animi firmitate, & cupiditatum diminutione. Verba rebus proba. Aliud propoſitum eſt declamantibus, & aſſenſionem corona captantibus, aliud hiſ, qui iuuenum, & otioſorum aures, diſputatione varia, aut volubili detinent. Facere docet philoſophia, non dicere: & hoc exigit, vt ad legem ſuam quiſque viuat, ne orationi vita diſſentiat, vt ipſa inter ſe vita vnus, ſine actionum diſſenſione, coloris ſit. Maximum hoc eſt, & officium ſapientie, & indicium, vt verbus opera concordent, vt & ipſe vbique par ſibi, idemque ſit. Quis hoc præſtabit? pauci, aliqui tamen. Eſt difficile hoc: nec dico ſapientem ſemper vno itinere gradu, ſed vna via. Viuat ergo ex lege philoſophiæ, & hic viuere doceat.

Si enim Philoſophiæ profeſſor mores corumpat, vt Epicurei, vt Cynici, laborabit diſciplina ciuitatis, & ſe in deliciis dabit.

§. 8. Diligenter in hoc incumbat magiſter, vt diſcipuli philoſophiæ, dum omnia inquirunt, non modo contra diuinas leges non diſputent, ſed magiſtratus etiam honorem deferant, & legibus politicis obtemperent. Olim obiectum Stoicis eſt, ab illis contemni magiſtratum, & leges: & ſane id promptum erat de illis ſentire, qui omnes inſanire, nullum prætorum, nullum conſulem, nullum regem dicere ſolerent. Rubellio Plauto datur crimini apud Tacitum

libr. 14. Quod aſſumpſiſſet Stoicorum arrogantiam, ſectamque, quæ turbidos, & negotiorum appetentes facit. Reſpondet Seneca Ep. 73. Errare mihi videntur, qui exiſtimant philoſophiæ fideliter deditos, contumaces eſſe, ac refractarios, & contemptores magiſtratum, ac regum, eorumque per quos publica adminiſtrantur. E contrario enim, nulli aduerſus illos

gratiores ſunt: nec immerito, nullis enim plus præſtant, quam tum bene viuendi adiutorem conſert ſecuritas publica, nec eſt principis auctorem huius boni, vt parentem colant: multo quidem magis, quam illi iniqui, & in medio poſiti, qui multa principibus debent, ſed multa & imputant, quibus nunquam tam ple-

ne occurrere vlla liberalitas poteſt, vt cupiditates eorum, quæ creſcunt, dum implentur, exſarier. Et libr. 2. de Clem. cap. 5. Scio male audire apud imperitos ſectam Stoicorum, tanquam nimis duram, & minime principibus, regibusque bonum daturam conſilium. Obicitur enim illi, quod ſapientem negat miſereri, negat ignoſcere. Hac ſi per ſe ponantur, iniuſa ſunt. Videntur enim nullam ſpem relinquere humanis erroribus, ſed omnia delicta ad penam deducere.

Excusaſt ille, ſed veteror vt valide, & vere; nam de duritia eos Auguſtinus accuſat. De contumacia, quam fortitudinem vocabant, multa paſſim exempla ſunt. Hanc itaque partem, & fundamenta, quæ natura ipſa poſuit, moraliſ profeſſorim profeſſor inculcabit, id a profeſſoribus Societatis regula ipſa requirit; Intelligat ſui inſtituti nequaquam eſſe ad Theologicas quaſtiones digredi, ſed progrediendo in textu, breuiter, docte, & grauior præcipua capita ſcientiæ moraliſ, quæ in decem libris Ethicorum Ariſtoteliſ habentur, explicare.

Præcipua vero doctrina eſt, vt in Republica ordinem legitimum parendi obſeruent, ipſas denique virtutes agnoſcere.

§. 9. Contentiones fugito, veritatis enim inueſtigationem continet philoſophia, cui nihil æque aduerſatur, atque vincendi, & triumphandi vilis gloria, ſed acris tamen in animis ſophiſtarum tyrannis. De fundis, & patrimoniiſ ſeruata pace, & caritate, ad tribunal iudicis ciues diſceptant, de voculis, & entibus rationis, & relationibus, cum furore declamitant philoſophi; Noſtri profeſſores monentur Reg. 5. non ſua modo docere, ſed aliena etiam reſellere, cum modeſtia. In iis quaſtionibus in quibus liberum eſt quamcunque partem ſequi, ita deſendatur vna pars, vt alterius etiam partis, ac multo magis prioris profeſſoris, ſi contrarium docuerat, exiſtimationi modeſte, ac beneuole conſultetur. Quin etiam ſi conciliari poſſunt auctores, id ne negligatur, optandum eſt. Denique in nouinandis, aut conſutandis auctoribus, modeſte ſe gerat.

Cura igitur ſit, vt philoſophiam habeas non iactes. Si in quaſtiunculis perſpicacior es collegis, gaudet tuam tibi ignorantiam eſſe detractam, aliis ſuam ne exprobes. Si vis philoſophari ſine inuidia, philoſophare ſine pompa: odioſus eſt, qui ita loquitur, vt quod ipſe non docet, damnare videatur.

§. 10. Fugienda eſt quoque opinionum nouitas: Nam quod euenire in calamitatibus ſolet, vt nouitas percellat, & doli pondus addat, id quoque in hac opinionum leuitate contingere ſolet, vt magno imperu veniant, & applauſu; deinde celeri ſaſtidio reiiciantur. Communium ſententiarum difficultate, & obſcuritate, quam non niſi magno labore ſuperare etiam magna ingenia poſſunt, diu torquentur: dum noua audiunt, non quid habeant, ſed quid appetant, ſecum perpendunt. Itaque ſummum mali eſt imperitis, nouandi cupiditas. Quicquid autem precioſum ſola nouitas fecit, id vile redditur, cum adeſt, nec auctor in precio eſt, cum nouus eſſe deſiit. Nobis ſerio illa nouitas prohibetur, etiam in rebus alioqui adia-phoriſ Reg. 6. communis. In iis etiam, in quibus nullum fidei, pietatiſque periculum ſubeſt, nemo in rebus alicuius momenti, nouas introducat quaſtiones, nec opinionem vllam, quæ idonei auctoris nullus ſit, iis, qui præſunt, inconfultiſ; nec aliquid contra Doctorem axiomata, communemque ſcholarum ſenſum doceat: ſequantur potius vniuerſi probatos maxime doctores, & quæ, prout temporum vſus tulerit, recepta potiſſimum fuerit in Catholicis Academicis.

Tanti vero rem eam eſſe arbitror, vt ad profeſſionem philoſophiæ nullum admittendum eſſe iudicē, niſi qui veterē, & trita, hoc eſt regia via incedere paratus eſt. Si enim eam philoſophiam, quam Ariſtoteles, Pautenus, Auguſtinus, D. Thomas, atque alii innumeri magno conſenſu profeſſi clauerunt, iuuentuti expo-

Moralis profeſſor omnium virtutum compendium tradit.

Vincendi ſtudio tyrannis eſt philoſophorum.

Aliiter ſentientes ciuiliſ ſerre oportet.

Ingenii iactatio periculosa eſt.

Noua cupide amplectuntur, qui communia non capiunt.

Tritam viam ſapiens tenet.

exponat, iam nouit Respublica, quid adolescentes doceantur; si noua adferat, quamuis forte bona essent, sunt tamen dubia, & periculosa, at Respublica in tanta seponi iuuentutem suam exoptat. Nulla nouitas momento opus suum implet, nec nisi spacio temporis in solido est; itaque noua, necesse est imperfecta esse. Nouas Oceani vias, per arctos plagas, iam dudum tentant Barabii, magna spes, magna præmia periculis proponuntur, sed nemo prudens incertæ se navigationi committit, cum satis periculorum in cursu noti maris ventus, & vnda præstent. Hæc itaque cautio Respublicæ conuenit, ne nouis, & ignotis opinionibus iuuentutem committant, nisi prius ea doctrina, methodo que, quæ iactatur eruditionem aliquos esse cōsecutos constiterit, quod cum factū fuerit, iam nouitas desierit; tarde enim magna proueniunt; nec minus imprudenter agit, qui nouæ philosophiæ in se pericula admittit, quam ille, qui incertæ medicinæ in salute sua experimentum fieri cernit.

Ignoti maioris pericula sunt.

Abstruse opinionis ne nominanda quidem.

Inania transmittantur.

Altarum arrium superuacua ad se trahunt.

Philosophia exercitatio ne fere distatur.

§. 11. Non modo nouæ, sed vetustæ quoque opiniones inutiles, quæ philosophiam infamant, vitandæ sunt. Ita regula octaua communis. Opiniones inutiles, obsoletas, absurdas, manifeste falsas non adducat. Nihil tamen absurdum, quod non senserit, & dixerit aliquis philosophorum; quorum si ineptiæ frequenter in memoriam reuocentur, inuenient aliquando sectatorem. Multum habent philosophi superuacui, quodque in vsum nunquam veniet, illa non modo relescent, sed omnino mentionem omittant. Ne rebus non necessariis ingenia conflictentur. Dixi supra de nimia subtilitate, quæ veritati infesta est. Nunc hoc solum moneo publicæ dispositionis esse, ut aduigiletur, ne inanibus disceptationibus tempus, atque ætas transigatur. Triplex est philosophia. Moralis, naturalis, rationalis. Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia, quæ pars est eloquentiæ, verborum proprietates exigit & struatur, & argumentationes, ne pro vero falsâ succurrant.

His terminis includatur boni præceptoris industria. Alia ne attrahat, quod tamen multi negligunt, nisi ineptias maiorum cura coerceat. Olim ita factum est, philosophi quoque ad syllabarum distinctiones, & coniunctionum, ac propositionum proprietates descenderunt, & inuidere Grammaticis, inuidere Geometris. Quicquid in illorum artibus superuacuum erat, transfudere in suam. Sic effectum est, ut diligentius scirent loqui quam viuere. Immo vero ne nunc quidem loqui sciunt multi, cum enim animum tritis inutilibus implicat, ne verba quidem euoluere, & explicare didicerunt.

§. 12. Illustres philosophos citet, imitetur, suis cōmendet, ita Reg. 8. communis. In asserendis Doctorum autoritatibus, non sit nimis, si tamen habeat insigniorum auctorum testimonia, ad sententiam suam confirmandam, verba ipsa, quoad fieri potest, pauca tamen, & fideliter recitet, multo magis Sacrarum scripturarum, Conciliorum, sanctorum Patrum. E dignitate autem magistri est, nullum fere auctorem proferre, quem ipse non legerit.

Nec tamen omnia referat, ad eos legendos ipsos remittat, ut est in regula 10. Ea quæ in auctoribus in promptu positæ habentur, si asserenda sint, explicet potius, quam dicat: quin etiam auditores, ad eos auctores, qui copiose, & accuratam materiam aliquam pertractarunt reuocet.

§. 13. Disputando adolescentes exerceat: nihil perniciosius silentio Pythagoræ. Quinquennium velut muti pisces, non magnam sapientiam audiebant. Philosophum futurum assidue, diligenterque audire, commentari, inquirere volo. Quia vero multa excidunt e memoria, multa dubia occurrunt, multa in diuersum rationationes, necesse est, in singulis dies auditores exerceri, habere cui dubia propo-

nant, quem consulant. Vno verbo magister explicat, quod longo labore quærendum erat. Superbus est, qui errare, quam monstrari sibi viam ducit honestius. Hæc de re ita leges nostræ faciunt. Reg. 11. Post lectionem in schola, vel prope scholam maneat saltem per quadrantem, ut possint ad eum interrogandum auditores accedere: & lectionum rationem interdum exigat, curetque ut ea repetantur.

Huc quoque pertinent variae disputationum exercitationes regula 12. & sequentibus. Domi quoque quotidie præter sabbatha, vacationes, & dies festos vna hora designanda, quæ repetatur à nostris, & disputetur, ut ea ratione, & ingenia magis exerceantur: & difficilia, quæ occurrunt, magis elucidentur. Præmonetur itaque vnus, aut alter ad repetendum memoriter, non plus quam per quadrantem: postea argumentetur vnus item, aut alter, totidem respondentibus si quid vero temporis superfit, dubia proponantur; ut autem superfit, magister argumentandi formam seuerè tueatur, & cum noui nihil afferitur, præcidat argumentum.

Sub finem anni ita instruende erunt præteritarum lectionum repetitiones ut nisi quid obstat, menses integer vacuus ab illis etiam, non solum à lectionibus, relinquatur.

In Sabbatis, alioue, quem Academia consuetudo exigit, die habeant in scholis disputationes per duas horas, longiores etiam, ubi sint magni externorum concursus. Quod si quam in hebdomadam duo festi dies, vel cum festo vna hebdomadaria vacatio incidat, non disputetur, sed legatur Sabbatho: id vero si tribus continuaretur hebdomadis, vna interponatur disputatio.

Vbi receptus Academia mos nihil obstat, singulis, præter tres menses æstiuos ultimos, aut (si pauci sint auditores) alternis mensibus, communes certo aliquo die disputationes, tum ante, tum post meridiem habeantur: quot fuerint magistri, totidem auditores defendant, singuli singulorum magistrorum questiones.

Inter sint disputationibus, quoad eius fieri potest, alii quoque doctores nostri, professoresque, licet diuersarum facultatum: qui, quo magis concertatio seruetur, argumentorum, quæ agitantur, vim virgeant: modo ne prosequendum suscipiant argumentum, cui viriliter, ac strenue adhuc argumentans insit. Id ipsum præstare liceat externis etiam Doctoribus, atque adeo ad argumentandum ex instituto, nisi ea consuetudo alicubi minus probetur, imitari possint.

Ex auditoribus publice non disputent, nisi doctiores, ceteri priuatim exerceantur, quoad ita instructi sint, ut eo loco non putentur indigere.

Existimet disputationis diem non minus esse laboriosum, fructuosumque, quam lectionis, omnemque disputationis utilitatem, ac seruorem à se pendere: cui ita præsit, ut ipse videatur esse, qui in vtroque concertatore concertet: collaudet, si quid afferatur boni, & attendere omnes iubet: cum grauior aliqua proposita fuerit difficultas, suggerat subinde breue aliquid, quo vel fulciat respondentem, vel argumentantem dirigat: neque diu taceat, neque semper loquatur, ut ipsi etiam discipuli promant, quod sciunt; ipse vero, quod de promptu fuerit, emendet, aut expoliet: disputantem progredi iubet, dum difficultas vim obtinet, imo augeat ipse difficultatem, nec dissimulet, si is, qui argumentatur, proreperit ad aliud argumentum: non patitur, vel argumentum pene solutum longius vrgeri, vel responsionem non bene constantem diu sustineri, sed post aliquam concertationem rem totam breuiter desinat, & explanet. Si quid denique aliud vsipiam in usu est, quo disputationes reddi soleant frequentiores, ac seruientiores, id sedulo retinendum.

Cum Adiutore, seu Bidello à Rectore constituto, agat interdum, eumque de totius classis statu, & de externorum etiam auditorum diligentia, ac profectu percontetur, detque operam, ut idem suo munere fideliter, & accuratè fungatur.

§. 14. Sit professor qualis regula 20. describit. Sit denique, in omnibus diuina aspirante gratia, diligens, & assiduus, & perfectus studentium, tū in lectionibus, tum in aliis literariis exercitationibus studiosus: non vni se magis, quàm alteri familiare ostendat: contemnat neminem; pauperum studiis æque, ac diui-

Prima discipulis prudentia est, sepe consulere magistrum.

Domestica & priuata repetitio instituta utiliter.

Repetitio.

Disputatio.

Difficilius est disputare quam docere.

zum proficiat; profectumq; vnus cuiusq; e suis scholasticis speciatim procuret.

Vt autem talis sit, eligatur doctus, Deum timens, amans Reipublica. Et quamquam talis sit, in eum tamen procerum oculi coniecti sunt, ne tædio aliquando demutetur.

C A P V T XXIV.

De studio Logicae, Physicae, Metaphysicae, Mathematicos.

§.1. **N**ON est mihi animus has facultates, ciuitatibus commendare, præstiterunt id illi, qui in singulis claruerunt. Sed consilium dare Reipublicæ, quo in admittendis illis vtatur, & docendis. Nam de necessitate, vsuque Dialecticæ, cum sit primum rationis instrumentum, nihil dicere necesse est, nec quicquam in ea, nisi sophistice reprehenditur. Qui à philosophia eam remouerit, maiorem pene, quam philosophia necessitatem illius iudicant. Læti in vita Epicuri, ab eo philosophiam ait diuisam in Canonicam, Physicam, Ethicam, Canonicam esse quæ ad opus, aggressiones, & aditus præstat, & vno libro ab eo traditur, qui ab eo Canon vocatur. Stoici Canonem in Logica, & Rhetoricam diuiserunt. Itaque Epicurei cum separare Dialecticam vellent, eam tamē alio modo, & via admiserunt. Epicurei inquit Sen. Ep. 89. duas partes philosophia putauerunt esse, Naturalem atque Moralem: Rationalem remouerunt. Deinde cum ipsis rebus cogerentur ambigua fecerere, falsa sub specie veri latentia coarguere, ipsi quoque locum quem, De iudicio, & regula appellant, alio nomine rationalem induxerunt.

Verum mihi constitutum est leges scribere, quas Respublica Dialecticam docturo imponat, nam in ea docenda, plurimum errari passim nihil dubito.

§.2. Dialecticæ docenda lex prima. Ad eam discendam neminem in Europa admitat, nisi in eloquentia mediocriter versatum. Hæc regula adeo necessaria est, in illis quidem prouincis, quæ cultioribus literis deditæ sunt, vt sine summa infamia negligi nō possit. Cum enim latine differendū sit, nisi ante eloquentiæ præcepta, exercitationesque perceperint, necesse est omnino infantes reddi; concise enim, obscureque disputat, suis verbis à communi vsu alienis dialectica vitur, quo fit, vt nec pristinam facultatem retineant, nec acumen Dialecticorum intelligant, vt quæ intelligunt, timore commitendi solæ cum proferre non audeant.

§.3. Secunda lex est. Vt Dialecticæ præcepta ab Aristotele solo accipiatur, imo & Physicarum rerum reconditissimæ scientiæ, ita mos est Societatis nostræ, & consentiunt iam octingenta pene secula. Quia vero multi nos eā de causa grauitè impugnant, & Franciscus Patricius Venetus Aristotelis Philosophiā pessundare conatus est, non omnium modo nos Peripateticorum iudicio, sed aliorū sententia quoque defendam. Iustus Lipsius vir doctissimus, & vsu doctrinæ ad publicam vtilitatem semper referens ita li. 1. c. 4. manu ductionis hac de re differit. Sed tamen iam

eo ventum, vt reliquis cedentibus, dū de principatu fere contendant, Peripateticorum, & Stoicorum. Nam Epicureos communis consensio iugulauit. Academici ipsi se, & nullam scientiā proficendo, discipulos habere desierunt. De peripateticis, hodierna iudicia si audias, rem factam habes: in scholis soli regnant, ab octingentis amplius annis apud Græcos, Latinosq; admisi. Quis pelleret velim, nec debeam fortasse: diuiduum tamen hoc regnum facere, & collegas dare, nescio annō sapientiæ meū optet. Aristotelem, regem illum Peripateticorum, magnum inter homines fuisse, quis abnuat? & magni ipsi viri locum sic assignat.

Cicero inter primos: vir non solum in dicendo copiosus, sed etiā in philosophia singularis. Alibi: summo ingenio, scientia, copia. Iterumq; Quo nihil politius, nihil acutius. Eadem aureū eloquentia flumen dicitur: & Plutarcho, vir eloquentissimus, & peritus flectendi animos, quæqua vellet. Deniq; plena manu Cicero: Quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inueniendis, vel iudicandis, acutior Aristoteli? Neg, alii ab his elogiis diuertunt. Plinius quidem, summū in omni doctrina virum appellat: alibi: immensæ subtilitatis. Quid Arnobius: vir ingenio præpotens atq; in doctrina præcipuus. At Auerroes velut lymphatur in eius laudes. Arist. inquit, tres scientias inuenit, Logicā, Naturalem, Diuinam: & nullus error iuuentus est, vsq; ad hoc tempus, qd est mille & quingentorum annorum. Et talem esse vnum hominem potius est Miraculosum, quā humanum, idem alibi: Aristoteli Regula, & Exemplar, quod natura inuenit, ad demonstrandam vltimam perfectionem humanam. Deniq; simili elogio: Aristotelis doctrina est summa veritas, quoniam eius intellectus fuit fini humani intellectus. Quare bene dicitur, qd fuit creatus, & datus nobis diuina prouidentia, vt sciremus quicquid posceri. Hæc magna, admiranda sunt, fateor: & quæ viri celestibus pene æquant. Quid tam ali: alia. Tertullianus, Minutioliquum eius taxat: & eadem voce Irenæus, Minutioliquum, & subtilitates circa questiones. Hieron. versutias eius. Quid voluit nimis & tenuiter subtilem fuisse, atq; inquisitorem: sepe cum obscuritate. Ideo Sidonius: explicat vt Plato, implicat vt Aristoteli. At Gregorius Nazianz & hoc, & grauiora obicit. Bānæ mouit inquit, Αριστοτέλης τὸ μικρολογον, & εὐολογία, ὅτι τὸ ἐπεχρον ὅτι τὸς δυνάμεις ἀπὸ τοῦ λόγου, ὅτι τὸ ἀνδρῶν πικρὸν ὅτι διορθῶν. Abiice mihi Aristotelis Minutioliquum, sagacitatem & arificium, abiice mortuales illos super animam sermones, & vniuersæ, humana illa dogmata. Damnat non assurgentem & in humilibus terrenisq; herentem. Hoc & Atticus apud Eusebium. Αριστοτέλης ἀπὸ τοῦ ὅτι τὰ περὶ τὴν θεομυστικὴν δόξαν μὲν τοῦ ὁμοῦ τοῦ ἀπορροῦ καὶ τὸ ἐν τοῖς ἀληθείαις ἰδῶν ἐδιδάτο, τὸς δὲ οὐκ ἐπὶ τὴν ἀληθείαν ἐπορεύετο, τὸς δὲ ἀνὰ τὴν εὐδοκίαν τὰ ἐν αὐτῷ. Aristotelis tenuis & humilis subtilitas, quæ res terrenas quidem peruadere, & quid verum in eis peruadere posset, at solida illius veritas, clarū, & serenū lumen non ei fuit inspicere. Lactantius pariter: Aristoteli de Deo ipse secum disfidet, & repugnantia dicit & sentit. Iterum, Aristoteles, Deum nec coluit, nec curauit. Philo Iudæus: Αριστοτέλης μὴ οὐκ ἔσχετο, ὅτι οἱ οὐκ ἐπὶ τὴν θεομυστικὴν δόξαν μὲν τοῦ ὁμοῦ τοῦ ἀπορροῦ καὶ τὸ ἐν τοῖς ἀληθείαις ἰδῶν ἐδιδάτο, τὸς δὲ οὐκ ἐπὶ τὴν ἀληθείαν ἐπορεύετο, τὸς δὲ ἀνὰ τὴν εὐδοκίαν τὰ ἐν αὐτῷ. Aristoteles nunquā pie, aut sancte doctus. Itaq; vides mi auditor attolli, vides deprimi, in iudiciorum isto velut oscillo suspensum. Imo & hoc disc, Platonem illi consensu fere ab antiquis pponi. Cicero ipse, ille ex professo, imo velut ex conducto, eius praco, palmam auferit & in Platonis dextram transfert. Aristoteli excepto Platone, philosophorum princeps. Nonne palam secundum sacra? iterum: Aristoteli longe omnibus, Platonem semper excipio, præstans ingenio, & diligentia. Et plerique et nostrorum procerū tabellam in hanc partem dimittunt. Arnobius: Plato ille diuinus, multa Deo digna, nec communia sentiens multitudini. Iterum: Plato ille magnus pie sancteq; sapiēs. Et Tertull. consentit, & in Aegypto hac dogmata à Trismegisto illo haussisse maxime, eiusq; scriptis, fateatur. At alii ad Prophetas & sacros et libros mittunt, & palam Numenius: τὸ ἐπὶ πλάτωνα ἡμεῖς οὐκ ἀλλοτρίως, Quid est Plato nisi Moses Atticisans? August. autem ille nostrorum scriptorum apex, Platonem ceteris philosophis gentiū longe lateq; præfert. Imo in calo perire (quatenus pie potest) ponit: Hunc Platonem, inquit, Labeo inter Semideos commemorandum putauit. Semideos aut heroibus anteposit, & vtroq; inter numina collocat. Verum tamen istum, quem appellat semideum, non heroibus tantū, sed etiā diis ipsis preferendū esse non dubito. Eodem sensu alibi, templū ei iustius, quam diis illis gentium ponendum. Et quæ de causa quam ipse promit: Platonicæ familiæ Philo, facillime omnium, paucisq; mutatis, fieri posse Christianos. Et sane multum in philosopho, imo caput est, ad Deū, & diuina assurgere: quibus cetera omnis sapientia nexa est, & pender. Itaq; vides in istis Arist. nec (prudent aliquis negauerit) à Platone, iteq; à Stoicis, longe vincti, & relinqui. Quid tamē est? Dialectica firmiter, & compositè tradidit: sicis nemo idē Physica de quib? Tullii hoc testimonium, naturā sic à Peripateticis inuestigatā, vt nulla pars, celo, mari, terra, sit prætermissa. maior.

Cicero de Aristotele.

Plutarcho de Aristotele.

Plinius Arnobius.

Aristotelem probant.

Auerroes nimis admiratur.

Aristoteles Minutius im-

plicator.

Multa Aristoteles signa-

rauit, in diuinis rebus.

Plato Aristotelis olim amantissimus.

Platonici facile sunt Christiani.

In Dialectica, & Physica.

Aristoteli maior.

Et